

iniquitates: et quorum tecta sunt pec-
cata. **B**eatus uir cui non imputabit
dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quonia[m] tacui inueterauerunt ossa mea:
dum clamarem tota die. **Q**uo die ac
nocte grauata est super me manus tua: con-
uersus sum in erumpna mea dum con-
figit spina. **D**elictum meum cognitum
tibi feci: et iniusticiam meam non abscon-
di. **D**ixi confitebor aduersum me in
iusticiam meam domino: et tu remisisti im-
pietatem peccati mei. **P**ro hac orabit
ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen indiluuio aquarum mul-
tatum: ad eum non approximabunt. **T**ues
refugium meum in tribulatione que cir-
cumdedit me: exultatio mea erue me.
a circumdantibus me. **I**ntellectum tibi
dabo et instruam te in uia hac qua